



Per.
Lat
020

Lateinische Jugendzeitschrift. Latin ifjúsági folyóirat. Revue latine de la jeunesse.
Laptulajdonos: Katolikus Középiskolai Tanáregyesület. — Sumptibus Societatis Magistrorum Catholicorum Mediarum Scholarum Hungariae. — (Praeses: Dr. Andreas Zibolen elnök.)

Administrator (felelős kiadó — Geschäftsstelle — administration), ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel.: 223—808).


Moderator (felelős szerkesztő — Schriftleitung — rédaction), ad quem manuscriptamittantur: JOSEPHUS WAGNER DR., Budapest, XI., Lágymányosi-ulca 20. (telephon: 268—634).

Megjelenik minden hó 20-án. — Prodit singulis mensibus die 20. Preium subnotationis an. 1940—41: 3 pengoe, extra Hungarianam 4 pengoe. Nummaria chartula (vulgo: chéque) postalis in Hungaria: 57.292. Subnotatores earum gentium, unde pecuniarum transmissio impeditur, utantur schidulis «Coupon réponse internationale» appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, preium annum solvit. Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.

IOANNES KISPARTI.

Vix 56 annos natus fuit vir, cuius vultus orisque lineamenta benigna hic ante oculos ponuntur lectoribus. Si quis alias, Ioannes Kisparti revera secutus est illud Horatii «qui studet optatam cursu contingere metam, multa tulit fecitque puer sudavit et alsit». Neque frustra; nam honores maximi, ad quos non nisi per paucis electis paedagogis magni ingenii via patet, alter post alterum iure ei obvenerunt: director gymnasii Scholarum Piarum, deinde regius provincialis studiorum director districtus Szegedinensis factus est. Sed etiam praeses Societatis Magistrorum Catholicorum Mediarum Scholarum Hungariae cunctis suffragiis electus sex annos hoc munere summā industriā atque sapientiā fungebatur. Ego equidem multis vinculis cum laborum communium tum etiam amicitiae aestimationisque mutuae cum Ioanne Kisparti coniunctus eram, cuius li-

bris scholasticis Latinis in docendo diu usus eram, quo mandante composui libros scholasticos Homericos et dictionarium rerum modernarum Hungarico-Latinum, postquam eiusdem mandatu suscepseram munus ephemeridis nostrae moderandae. Quis enumerare possit libros, orationes, dissertationes, aliaque opera eius omnia, quibus rem publicam litterariam et paedagogicam patriae nostrae ditare nunquam desisti! Linguae Latinae magister insuperabilis etiam «Iuventutis» patronus ardens fuit, qui optime meruit de ephemeride nostra resuscitanda et divulganda. Per multa milia discipulorum, parentum, magistrorum lugent obitum necopinatum tanti viri immaturā morte erepti. Dux atque amice noster, cuius erga nos meritorum memoriam nostram nulla unquam delebit oblivio, vale, in aeternum vale! Lux perpetua luceat Tibi! I. Wagner.



LECTORIBUS MINIMIS

Jocosa.

Aliquando erat quidam sutor¹ pauper, nomine «Matthias Király.» — Budam in arcem regis veniens: «Ubi est rex?» — exclamat — «volo eum, ut fratrem meum salutare, nam nomen mihi est Matthiae Király, et etiam rex noster Matthias appellatur. Hodie est dies St. Matthiae!» — Servus quidam: «Sed tu non es rex», — inquit — «tu tantum nomen nostri regis habes!» Et valde ridens eum domum mittit. — Sutor non libenter oboeditivit. Attamen rex, cum rem audivit, statim iussit³ sutorum duos calceos² conficere.³

Philipus Merán,

disc. gym. Piani, Quinqueclesiis.

¹ cipész = Schuster = cordonnier ² cipő = Schuh = chaussure ³ csináltat = machen lassen = faire faire

1. A.: Propinquos tuos omnia mendacia de te dicere aequo¹ animo¹ patérис? — B.: Nihil² hoc² me² attinet,² dummodo³ verum ne³ dicant.

2. A.: Quid facies cras? — B.: Hamo⁴ piscator.⁴ — A.: Cras erit dies XIII huius mensis et dies⁵ Veneris.⁵ — B.: Scio. At fortasse piscibus erit dies infornatus.

3. Ad principem⁶ gregis⁶ histrionum⁶ cuiusdam theatri provincialis iuvenis villosus⁷ venit scripta multa afferens. «Fabulam,⁸ quae totum vesperum compleat, attuli», dicit timide. — «O, tales etiam ego habeo, murmurat director. Affer magis fabulam, quae totum theatrum compleat!»

Iulius Somogyi disc. Ginsiensis.

1. Newton physicus clarus occasione datā machinam electricam explicabat discipulis: «Vis huius machinae satis est ad bovem sopiendum⁹ et ad hominem necandum». Et inter explicationem forte attigit machinam electricum fluidum¹⁰ ducentem, quo ictus in terram cecidit. Discipuli territi concurrerunt et Newton paulo post aperiens oculos dixit: Iam non habeo me male, tantum sopitus eram».

2. «Cur sunt sordidae¹¹ manus tuae?» interrogat mater filium. «Lavi vultum meum» respondit iste.

3. A.: «Qualis est hodie tempestas?»¹² B.: «Non video, quia nubibus caelum obtegitur».

4. «Uter est magis necessarius sol, seu luna?» interrogat professor discipulum. — «Luna, — respondit ille sine cogitatione — quia die alioquin¹³ lucet.»¹⁴

Lad. Balogh disc. Széchenyiani Bp.

1. «Quare canis lunam latrat?»¹⁵ — interrogat filius patrem. «Nam — respondit pater — lunam caseum¹⁶ esse putat». Filius: «Et quare caseum non latrat?» Pater: «Nam scit eum non caseum, sed lunam esse».

2. Deversor:¹⁷ Camerarie!¹⁸ Musca in cerevisia¹⁹ est! Camerarius: Mirabile! Prius iam duas muscas excepti.

3. Magister: Adiunge exemplum huic proverbio: Non semper aurum est, quod nitet! — Discipulus: Bracae²⁰ patris mei.

4. Post ludum scenicum dissignator²¹ clamat: «Omnes maneant suis locis et exspectent, dum ceteri exeunt, ne tumultus oriatur!»

Colomannus Molnár disc. Makonensis.

¹ egykedvűen = gleichgiltig = avec indifférence ² bánom is én = das geht mich nichts an = cela ne mè regarde pas ³ csak ne = wenn nur nicht = pourvu que ne . . . pas

⁴ horgászni = angeln = pêcher à la ligne ⁵ péntek = Freitag = vendredi ⁶ színigazgató = Schauspieldirektor = directeur de théâtre ⁷ bozontos = zottig = hirsute ⁸ drama = elaltatására = einzuschläfern = pour assoupir ⁹ áram = Strom = courant ¹⁰ piszkos = schmutzig = sale ¹¹ idő = (járás) = Witterung = temps ¹² amúgyis = auch ohnedies = sans cela ¹³ világos van = es ist hell = il fait clair ¹⁴ megugat = anbellen = aboyer ¹⁵ sajt = Käse = fromage ¹⁶ vendég = Gast = hôte ¹⁷ pincér = Kellner = garçon ¹⁸ sör = Bier = bière ¹⁹ nadrág = Hose = pantalon ²⁰ jegyszedő = Platzanweiser = placeur

Varia.

Ignatius Paderewsky, artifex¹ clavichordii¹ Polonorum clarissimus, aestate in America aliquando iter faciens in parvum oppidulum montanum pervenit, et in xenodochio² nomen suum et artem indicavit. Ut ex laboribus itineris quiesceret, dormitum iit. Mox excitatur e somno. Dominus xenodochii anxius curis: «Domine clarissime, — inquit — artifex clavichordii taberna³ liquorum³ est aeger. In indice⁴ hospitum te artificem clavichordii esse legi. Vehementer te rogo, ut in tabernam liquorum mecum venias et me ab incommmodo liberes!» Paderewsky descendit in tabernam liquorum tenebrosam et oblitus⁵ tabernae indignae, clavichordio⁶ canere⁶ incepit. Opus Francisci Liszt, quod inscribitur «La Campanella» (= campanula)⁷ canebat et, uti ipse fatetur, tam pulchre, quam nunquam antea. Sed subito humerum eius tangit dominus xenodochii et: «Domine, hospites mei abeunt. Omitte, inquit, hos modos⁸ terribilissimos!» Paderewsky ridens assurgit e sella et abiit, nam homines simplices indignati sunt, quia non modos saltatorios,⁹ quos volebant, audierunt.

Iulius Vámos
disc. V. class. gymnasii S. J. Cologensis.

¹ zongoraművész = Klavierkünstler = pianiste ² szálló = Gasthof = auberge ³ vulgo: bar ⁴ névjegyzék = Liste = liste ⁵ megfeledkezve = vergessend = oubliant ⁶ zongorázni = Klavierspielen = jouer du piano ⁷ harangjáték = Glockenspiel = carillon ⁸ melodias ⁹ tánc = Tanz = danse

Ludus¹ temerarius.¹ Princeps (vulgo: sultanus) et Britannus in Africa in pecuniam ludunt. Sultanus haud juste; nam Koran vetatpios ludum¹ casuī permissum¹ ludere. Sed sultanus non paret interdicto² religioso et brevi postea videt ante se iacere magnam vim³ auri argenteique. Fortuna enim ei favet in ludo. Patientia Britannum deficere⁴ coepit. Subito increpat⁵ sultanum: «Quantumvis luceris,⁶ non licet tibi pecuniam auferre, alioquin⁷ contra religionem tuam facis!» Sed pecunia parta allicit.⁸ Et conscientiā⁹ sollicitatus⁹ convertit se sultanus ad iuris consultum regiae suea: «Tu iuris consultus es! Licit-ne mihi pecuniam accipere?» interrogat sultanus consultum, qui bene növerat naturam

¹ szerencsétjáték = Hasardspiel = jeu de hasard ² tilalom = Verbot = défense ³ halom = Menge = quantité ⁴ fogtán van = dem E. reišt = il est à bout de ⁵ ráförméd = anschnauben = rudoyer ⁶ nyersz = gewinnen = gagner ⁷ (mert) különben = sonst = sinon ⁸ csalogat = anlocken = allécher ⁹ lelkismeretfurdalást érezve = Ge-wissensbisse fühlen = éprouver des remords

domini sui, ergo non multum meditatus est et dixit: «Sapientissime omnium piorum! Si fallaciter lusisti, licet tibi pecuniam auferre, nam tum prudenter tua vicit, non fortuna». Nunc sultanus liberatus respirat, pecuniam in crumenam¹⁰ condit¹⁰ et iuris consultum suum insigni¹¹ magno decorat.

*Anna Scheidl de Beneschau
disc. Kaposváriensis.*

¹⁰ zsebrevág = einstecken = empocher ¹¹ rendjel = Orden = décoration

LXV Anni Ludorum Scenicorum Bayreuthiensium.
Richard Wagner, clarissimus Germanorum musicus



Clavichordium Richardi Wagner. Supra ab laeva imago eius pendet in villa Wahnfried Bayreuthiensi.

auctor semper optavit odeum¹ aedificare, ubi tantum sua opera repraesentarentur. Somnium eius Ludovicus II Rex Bavariae subsidio magnifico ad effectum² perduxit,² et a. 1872-o lapis³ primarius³ positus est. Theatrum a. 1876-o exstructum eiusdem anni Idibus Augustis — compluribus etiam regibus necnon imperatoribus⁵ praesentibus — dramate musico «Thesaurus Rheni» intitulato⁶ inaugurate⁷ est. Ludi festi Bayreuthienses adiutoribus⁸ artificibus totius Europae — quorum etiam nonnulli Hungari inveniuntur — fere quotannis eduntur.

Alexander Weber disc. Sch. Piarum Bp.

¹ theatrum musicum ² megvalósít = verwirklichen = réaliser ³ alapkő = Grundstein = la première pierre ⁴ felépült = erbaut = achevé ⁵ császár = Kaiser = empereur ⁶ című = betitelt = intitulé ⁷ megnyit = eröffnen = inauguré ⁸ közreműködés = Mitwirkung = concours

LECTORIBUS MEDIIS

De Theseo.

Pueri sine dubio scitis, quis Theseus fuerit. Erat filius Aegei, regis Atticae. Juvenis voluit patriam a malo, quo iam diu opprimebatur, liberare. Attica enim coacta erat Minoi in insula Creta regnanti in annos¹ septenos iuvenes virginesque septenas mittere, qui ibi monstro² Minotauro obiciebantur. Theseus aliquando comitatus est aequaes suos morti crudelissimae destinatos in Cretam. Hic conciliavit sibi amorem Ariadnae, regis filiae. Ab ea filum³ accepit, quod secum trahens intravit labyrinthum, ubi Minotaurus habitabat. Fortiter superavit ceciditque monstrum, nec diu in labyrintho errabat, sed filo ductus mox evasit. Maximo cum gaudio domum reversus est unā cum comitibus felicissime conservatis.

At gaudium in patriam navigantium Theseo fuit luctui. Oblitus est enim velum⁴ nigrum de mālo⁵ navis suae pendens velo albo mutare, uti ante abitum patri promiserat. Aegeus, cum in promuntorio quodam redditum filii expectans notam navem velo nigro instructam appropinquare conspexisset, existimans filium suum in Creta periisse, angore⁶ animi motus se in mare iecit. Sic Theseus suā quadam negligentiā mortem patri paravit. Mari de rege Aegeo nomen inditum est. Patre mortuo Theseus regnum suscepit, et paulo post conditor urbis Athenarum factus esse dicitur.

Arnoldus Pányi Cassoviensis.

¹ évröl-évre = jährlich = chaque année ² szörnyeteg = Ungeheuer = monstre ³ fonal = Faden = fil ⁴ vitorla = Segel = voile ⁵ árboc = Mast = mât ⁶ aggodalom = Angst = anxiété

Monachus Hricsonensis. (5)

Fabula plebis descripta a Victore Rákosi. Latine reddidit: Ios. Guelmino Bp.

Hoc angore affectus arcem nunquam relinquere ausus est. Arx iussu eius ita custodiebatur, quasi ab hostibus circumdata esset. Et tamen angore vexabatur et interdum equo¹¹⁷ admisso¹¹⁷ domum tetendit e venatione, ut videret, liberata essetne femina, an non.

Vespere quodam Thurzó mensae assidebat, cum nuntiatum est ei adesse monachum senem, ex terra sancta redeuntem, et locum requiemque petere. «Det ei hospitium custos turris!» imperavit.

Fragor autem audiebatur extrinsecus,¹¹⁸ velut si porta arcis aperiretur, obicereturque.¹¹⁹ Puer irruens: «Domine, — clamavit — monachus ille amotis militibus tuis rectā viā huc tendit!»

— Veniat — dixit ille.

Et iam ianua quoque triclinii crepitu magno patefacta est, aderatque peregrinator¹²⁰ pedibus nudis, in toga cucullata¹²¹ pulverulenta. Thurzó voce rudi¹²² acclamavit eum: «Si fessus es, conside! Si sitis, bibe; si esuris, ede!»

¹¹⁷ vágatva = im Galop = au galop ¹¹⁸ kívülről = von außen her = de dehors ¹¹⁹ becsap = zuschlagen = claquer ¹²⁰ zarándók = Pilger = pélérin ¹²¹ csuklyás = mit einer Kapuze = pourvu d'un capuchon ¹²² nyers = roh = cru

Monachus baculum, qui in crucem desit, prae se tenens : «Francisce Thurzó, — inquit — recede¹²³ in te¹²³, revertere ad Deum tuum. Emitte ex carcere eam, quae iniuriam accepit a te, indue togam¹²⁴ hirtam,¹²⁴ insperge cinerem capiti, age¹²⁵ poenitentiam¹²⁵ peccatorum tuorum !»

— Oh imbecille monachum ! — exclamavit Thurzó — sic aedes tu alloqui Franciscum Thurzó, in sua arce propria !

— Haec arx non est tua ; — respondit ille — eius est, quam in carcere tenes.» Et ita percussit pede pavimentum, ut contremeret totum triclinium fornacatum,¹²⁶ vitraque mensae colliderentur.

— Quis hoc mihi dicere audet ? — rudivit¹²⁷ Thurzó de sella exsiliens, — iam doceberis, quis hic dominetur.¹²⁷ Pueri, eiicite hunc !

Tunc praedones ferores corripuerunt monachum et per portam arcis in noctem eiecerunt. Thurzó autem resedit inter pocula vini et cantum symphoniacorum¹²⁸ audiebat. Sed per clamorem potationis, cantumque instrumentorum et hominum per crepitum¹²⁹ poculorum audiebatur pulsatio portae non cessans. Quasi porta arcis fustibus ferreis pulsaretur.



Kallio¹³⁰ praeses Fenniae (ab dextera) cum successore suo et Mannerheim duce loquitur.

«Quid hoc est ?» — interrogat Thurzó. Et statim silentium sumnum factum est.

— Monachus pulsat portam — dixit servus, manibus tremulis vinum domino administraturus. Et velut tonitus de coelo, exaudiens batur :

— Francisce Thurzó ! Reverttere ad Deum tuum ! Dimitit captivam ! Age poenitentiam !

— Magister¹³⁰ canum !¹³⁰ — rudivit Thurzó — emitte canes !

Et iussum latratus horribilis secutus est. Emissi sunt canes, qui etiam ursum invadere audebant. Audiebatur, ut demitteretur pons¹³¹ versatilis¹³¹ et ut excurrent canes foedissimo ulutatu. Et postea silentum. Mox magister canum irruit in triclinium, immutato¹³² vultu, et : «Domine ! Prodigium factum est. Canes vagientes,¹³³ ex toto mansuefacti,¹³⁴ conterriti reptant¹³⁵ in arcem.»

— Ut rabidi, evadatis omnes — clamat Thurzó ! — vinum mihi ! Rudite et canite instrumentis, nequid aliud audiam !

Et multā¹³⁶ nocte,¹³⁶ maxime ebrium¹³⁷ famuli lecto imposuerunt eum. *Finis sequitur.*

¹²³ magába száll = in sich einkehren = rentrer en soi-même ¹²⁴ szőrcsuhá = Haarkutte = haire ¹²⁵ bűn bánátot tart = Buße tun = faire pénitence ¹²⁶ bolthajtásos = gewölbt = voûté ¹²⁶ ordít = brüllen = rugir ¹²⁷ dominus sit = ¹²⁸ zenész = Musiker = musicien ¹²⁹ csengés =

Klang, Geklirr = cliquetis ¹²⁰ falkamester = Jägermeister = le chef des piqueurs ¹²¹ felvonóhíd = Zugbrücke = pont-levis ¹²² megváltozott = ganz verändert = changé, dé-composé ¹²³ szüköl = winseln = pousser des cris plaintifs ¹²⁴ megjuhászodva = zahn geworden = radoucis, apprivoisé ¹²⁵ sompolyog = schleichen = se glisser ¹²⁶ késő éjjel = spät in der Nacht = tard dans la nuit ¹²⁷ részeg = betrunken = ivre, gris

I. Neruda: In ventos.

Metrum Sapphicum. Latine reddidit Fr. Palata (Trebic — Moravia).

*Unde vos, venti, peregre huc volatis?
Cur meae fronti calidae — salutem
ceu mihi dicatis inebriato —
oscula fertis?*

*Mirus est, quo vos strepitis, susurrus
nec minus fragratis odore miro:
huc-ne vos misit plaga, quam beatam
mens avet aegra?*

Nuntii recentissimi.

Anno 1941 ineunte permulta chartae allatae sunt, in quibus lectores et amici nostri annum novum faustum felicem moderatori et administratori precati sunt. Pro piis votis signisque amicitiae gratias quam maximas agentes etiam nos omnibus latinitatis et «Iuventutis» amicis anno 1941 ineunte omnia fausta ab Omnipotenti precamur. Faciat novus annus finem huius caedis horribilissimae omnium, quae unquam factae sunt, et afferat pacem justam «Suum cuique» reddentem, ne amplius homo homini lupus sit, sed adveniat regnum Dei, cuius nomen tum sanctificetur non solum in coelis, sed et in terra, amen ! Pulcherriam epistolam a nobis hisce diebus acceptarum hic publici iuris facimus :

«Carissime Domine Moderator Iuventutis !

Iterum advenerunt sollemnia natalicia iam pridem expectata. Occasione pulcherrimi diei festi nos quoque festinamus optimis omnibus Vos, domine moderator, prosequi. Rogamus Deum Omnipotentem, ut benedicat operi Vestro indefesso, quo tam gratam fecisti linguam Latinam discipulis Hungaricis. Optamus, ut illum beatissimum diem festum natalis Christi visurus sis, cum non solum cum iuventute Transsilvaniae, sed etiam cum omnibus discipulis Hungariae Magnae dies festos Christi nati optare possimus Vobis.

Simul novum annum felicissimum et clementiae Dei plenum precamur, salutem quam plurimam dicentes. Scarabantiae, die 19. Decembris a. 1940. Discipulae gymnasii Ursulinarum.»

«Iuventus» 25 annos nata. Ephemeris nostra «Iuventus» a. 1900 primum prodiit, sed quia annis 1920—1926 editio intermittenda erat, hic demum annus scholasticus explebit annum XXV ephemeris nostrae. Quae cum ita sint, m. Februario liber memorialis 25 annorum Iuventutis edetur, cuius summarium in fasciculo VI iam copiosius describetur.

Tabulae mortuorum. Fratres nostri septentriionales, Fenni, magno luctu afflicti sunt : praeses Fenniae, Kyösti Kallio, postquam morbo debilitatus magistratu se abdicavit et urbem Helsingissam relinquere voluit, in statione ferriviae

concidit et statim mortuus est. In imagine nostra Kallio cum successore suo, Risti Ryt et summo duce Mannerheim loquitur. — Franci lugent obitum philosophi Henrici Bergson, qui 82-um annum agens mortuus est. Mortem autem conditoris exploratorum, Baden Powel, qui 83 annos natus vita decessit, omnes civitates lugent, in quibus exploratores sunt.

Bellum vario Marte geritur. Angli partem Aegypti ab Italib occupatam recuperaverunt, et a praeside Roosevelt adiuti, qui effecit, ut Angli omnia adiumenta belli quasi dono ab Americanis acciperent, sperant fore, ut Germanis resistere possint. Cur tamen Angli urbes etiam Helvetiorum, populi pacis amantissimi, pyrobolis destruant, nemo intelligit.

400 anni Societatis Jesu

intimā sollemnitate Colociae¹ celebabantur. Die 7. m. Dec. alumnos veteres Collegii Colocensis post meridiem viā ferratā advenientes iuventus gymnasii concentu² symphoniacorum² et centuriā³ honorariā³ in statione ferriviaria accepit; deinde in aula maxima collegii fabula scenica 5 actuum intitulata «Davidus Fáy», scripta a P. Béla Bangha, uno ex maximis oratorum ecclesiasticorum, data est secundum traditionem priscam scholarum Soc. J.

Postero die post missam et synaxem (= communionem) sacram ientaculo⁴ finito, *Jedosz** in conventu plenario Matri Aliae et ordini honorem justum ac debitum tribuit. Inter orationes excellebat ea, quam Excellentissimus et Reverendissimus Dominus noster *Julius* Archiepiscopus e comitibus Zichy magnā eloquentiā habuit de fundatore Sancto huius ordinis, a quo Ordo militum Domini conditus erat. Societas Jesu legio Ecclesiae militantis est, quae ab omnibus, iure, legio fulminans nominari potest, cum per IV saecula columen maxime validum Ecclesiae Christi fuerit, in qua anima Christi continuo et sine detimento vivit et agit.

Etiam patria nostra viros magni ingenii huic Ordini donavit, inter quos tantum Petrum Pázmány et P. O. Mike Tóth et Julium Fényi commemoramus.

Post conventum plenarium hospites nostri monumentum alumnorum pro patria mortuorum floribus⁵ coronisque⁵ redimiverunt⁵ et postea in publicum civitatis nostrae coemeterium⁶ exierunt, ut professoribus mortuis quoque honorem tribuerent.

Dr. Béla Schramm Colocensis.

¹ in urbe Kalocsa ² zenekar = Musikkapelle = orchestre ³ díszszázad = Ehrenkompanie = compagnie d'honneur ⁴ reggeli = Frühstück = petit déjeuner ⁵ Societas Discipulorum (pristinorum) Jesuitarum Hungarica ⁶ megkoszorúz = begränzen = couronner temető = Friedhof = cimetière

P. Csurka: De vertrago Russico. ⁽²⁾

Convertit Soror Anna Bencze I. B. M. V. prof. thygatrorum gymna. Aegopolitanae. (Kecskemét.)

Cum in sensum sui iam rediit,²⁷ per minuta haud intellegere potuit, quid sibi accidisset. Tempus²⁸ ei dolebat. Subito venit sibi in mentem horologii. Licet singulas fundas²⁹ vestis perscrutatus esset, nullum tamen invenit horologium. Etiam

vir ignotus evanuit. Quid faciendum? Clamandum? Cur? Quisnam audiret? Neque ulla in propinquō villa inveniri potest. — Stabat mediā viā publicā, tamquam mente³⁰ captus³⁰. Denique



Baden Powell [doctor] honoris causa ab Universitate Oxoniensi creatus a. 1937.

currere cooperat. Tic, tac, tic, tac. Pro horologio autem cor suum fuit, quod desperatum ictitabat.³¹ Tic, tac, vita nimis aspera est, tic, tac. Idem sentire sibi visus est, ac si quis subsequeretur. Cum constitisset seque convertisset, etiam strepitus cessavit.

— Quis est? — clamavit in vacuum. Nullo responso accepto pergit iter. Sed paulo post rursus nescio quem strepitum percipit a tergo. Iterum constitit, rursusque conversus conspexit paucis




Domus in urbe Turico (Zürich) pyrobolis Anglo-rum diruta.

distantem passibus ab se canem magnum aures arrigere, caudamque³² movere.³²

²⁷ magához térl = zu sich kommen = reprendre connaissance ²⁸ halánték = Schläfe = tempe ²⁹ zseb = Tasche = poche ³⁰ eszét vesztette = den Verstand verlieren = perdre la raison ³¹ ketyeg = ticken = faire tictac ³² farkát csóválni = wedeln mit dem Schweif = remuer la queue

— «Huc ades !» Lente appropinquavit ei canis, qui vagiens³³ ad pedes eius delituit³⁴. Quem Gregorius se inclinans mulcebat, nonnullaque verba amica fecit. Canis viā³⁵ deceptus³⁶ esse videtur, cogitavit. Aut fieri potest, ut animal venatione nudius³⁶ tertius³⁶ habitā³⁶ relicta sit. Sine dubio, hoc quoque fieri potest. Grato animo lambebat canis manus Gregorii, arrectum³⁷ se tollens³⁷ orique eius osculum dedit nunc latrans, nunc querulā voce vagiens.

Procedentibus ipsis animal gaudium magnum prodidit protinus currendo, remanendo, circum-siliens modo huc, modo illuc, sed semper reversus Gregorio comiter latravit. Gregorius non putavit se canem secum domum portare posse. Quid ei edendum det, cum ipse nil habeat? Atrae cogita-



Discipuli symphoniaci gymnasii Cologensis Soc. Jesu cum magistro ephebei Eugenio Vácz et duce chori Francisco Temesi.

tiones percurrunt mentem eius: quisnam scit, ubi ipse cras futurus sit? Quid³⁸ sibi³⁸ proderit³⁸ talis vita? Cum pago appropinquasset, voces puerorum venerunt ad aures eius. Pueri mysterium nativitatis Domini de Bethlehem canebant³⁹ per³⁹ pagum, ante singulas fenestras canebant vetus pulcherrimumque canticum de piis pastoribus, qui ex Bethlehem advenerant.

Gregorius praeterit tabernam senis Salomonis. Tum succurrit⁴⁰ ei: Possum senem aliquid pecuniae rogare mutuae, quam post honeste reddam, aut forsitan exsolvam⁴¹ creditori laborando⁴¹ aut ligna caedendo aut quovis labore. Quinque liberi parvuli... qui me... exspectant... Caupona erat cum taberna⁴² promercarium⁴² mercium⁴² in margine via. Gregorio intrante canis cum impetu successit, quem Gregorius repellere conatus est.

— Salve, domine Salomon!

— Salve!

Gregorius mensae assedit. Canis apud pedes eius accubuit.

— Unde habes canem valde egregium?

Consilium fulgoris simile percussit⁴³ animum Gregorii. Nunc demum ipse spectavit bestiam. Formosissimus quidem vertragus Russicus erat. Canis venaticus viā deceptus, expulsus. Cui pereundum est!

— Cuius est hic canis?

Gregorius fugit responsum perspicuum: «Mecum portavi ex oppido Mako. Pro pecunia accepi, laborando merui».

Salomon diu recensuit⁴⁴ canem: «Animal pul-

cherimum! Vertragus Russicus! Num venalis est?»

— Sane si pretium dignum accipiam!

— Quantum est pretium dignum?

— Quanti tu, domine Salomon aestimas?

— Filius meus, medicus⁴⁵ regionalis⁴⁵ certe optime eo uti possit... Quanti ipse canem constare putem?... Qui scire possim? Dicatur ergo canis quadraginta pengonum constare.

Quadraginta pengonum! Mundus versatus est circa Gregorium. Distinxit oculis per ianuam vitream in taberna domini Salomonis arboreum⁴⁶ nativitatis⁴⁶ ornatum, in fulcris⁴⁷ autem laminas⁴⁸ metallicas⁴⁸ splendidas, serta, nives ex alba lana factas... Fabula nativitatis in taberna Salomonis! Quota hora est?... audivit sonum campanae in pago... nondum sero fuit... Uxor liberique exspectant eum...

Stella immensa orta est super pagum in excelsis, splendidissimumque sidus coruscat. Christus bracteatus⁴⁹ in margine viae benigne arrisit Gregorio praecedentem, quasi clam susurrans: Amo te!

(Finis.)

³³ szűköl = winseln = pousser des cris plaintifs, gémir ³⁴ meglapul = sich ducken = se blottir, se tapir ³⁵ eltévedt = verirrt = égaré ³⁶ tegnapelőtti = vorgestrig = d'avant hier ³⁷ felágaskodik = sich bauen = se dresser sur ses pattes de derrière ³⁸ mire jó? = was sollte ihm? = à quoi bon? ³⁹ betlehemesek járták végig = Bethlehemsgänger durchzogen = des montreurs de la crèche parcouraient en chantant ⁴⁰ eszébe ötlük = es fällt ihm ein = il eut une idée ⁴¹ ledolgoz = abarbeiten = accquitter en travaillant ⁴² szatácsbolt = Kramladen = petite épicerie-mercerie ⁴³ átvillant = durchblitzen = traverser comme un éclair ⁴⁴ nézeget, vizsgál = mustern = examiner ⁴⁵ kör-orvos = Kreisarzt = médecin ⁴⁶ karácsonyfa = Weihnachtsbaum = arbre de Noël ⁴⁷ polc = Pult = banque ⁴⁸ fémlémez = Metallstreifen = pailettes ⁴⁹ bádog = bleichern = de tôle

LECTORIBUS MAIORIBUS.

Librorum recensio.

A görög bukolikusok költeményei.⁷ Fordította Vértesy Dezső, magyarázta Módi Mihály. I. kötet Theokritos valódi alkotásai. 1939, Budapest. Magyar Tudományos Akadémia. (Bucolicorum Graecorum carmina. Vol. I. Theocriti opera genuina.) Pag. 298. Pretium P. 4. — Inter Graecorum, Theocriti, Moschi, Bionis carmina, quae a Consilio Classicorum Philologorum Academiae Scientiarum Hungaricarum foras dantur, Theocriti «festivissimi — ut Alfredi Körte verbis utar, — amabilissimum Alexandrinorum poetarum» bucolica genuina, gemmae illae Alexandrinae poesis faberrime elaboratae a Desiderio Vértesy, heu nimis iuvenili aetate fato suo perfuncto, fide, volubiliter ac perquam venuste atque ita, ut vitam pastoriciam redoleant, in Hungaricum conversa a. 1939 edita sunt. Quae Michael Módi, investigator litterarum Alexandrinarum diligentissimus, qui Herondae mimiambris eruditam et magni aestimatam navaverat operam, germana philologorum cura et industria explanavit, exposuit, praefatus est. Atque primum enumeratis, ex quibus hauserat, potioribus fontibus, de poesi



Graecorum bucolica, cum erudite, tum grata quādam perspicuitate disseruit; post uniuscuiusque carminis prooemio argumentum, origo, habitus et res, quae ad carmen penitus cognoscendum necessariae sunt, narrantur. Adnotationibus denique nec perpaucis, nec permultis, nec diffusis, quae singulis carminibus supponuntur, quamvis sint breviloquentes, tamen omnia, quae etiam imperitis opus sunt, adferuntur. Etiam decem imagines ex Graeca antiquitate ortae candide nitideque expressae, quibus carmina apte illustrantur, sunt libro adjunctae. Hoc libro Alexandrinae poesis suavitates quae adhuc multis etiam litterate peritis paene occultae latuerunt, ut spes est, pervagatiores fore, ita philologae litterae, quin inde luculentum sint capturae emolumentum, nemo, qui librum perlegerit, dubitat.

Dr. Jeney János. Az ifjúsági irodalom (De libris in usum iuventutis scriptis) Veszprém. Egyházmegyei könyvnyomda. Pag. 18. — Ioannes Jeney dr. discipulorum parentibus, qui in gymnasium in congressum et colloquium convenerant, de libris in usum iuventutis scriptis disseruit. Quia in dissertatione libris de hac materia compositis diligenter adhibitis, quales esse oporteat, quos discipulis legendos demus libros, argumentis gravissimis prudenter acuteque exponit. Conclusionis eius haec fere summa est: Veniant tandem scripta omnibus numeris absoluta, quibus animi puerorum in fastigium excelsissimum tamquam aedes quaedam excitentur, quibus legendis vita quaedam pulchrior, melior, honestior praeparabitur. Est quidem hic libellus sententiis gravibus et dignis, quae in usum recipientur, creberrimus, quem imprimis parentes, quibus filiorum salus cordi sit, maximo cum emolumento lecturos confido.

Car. Acs Bp.

Földrajzi zsebkönyv 1941. Szerkeszti vitéz Temes Győző dr. főtitkár. A Magyar Földrajzi Társaság saját kiadása. Budapest. 208 lap. Ára 2.80 P. — Nihil magis popularitatem huius compendii geographiae demonstrat, quam 12.000 exemplarium brevissimo tempore divindita. Liber ipse ex sex partibus 29 dissertationes geographorum peritissimorum continentibus constat, quae quaestiones Hungariae, geographiae et investigationes geographicas, deinde itinera inexploratarum terrarum quaerendarum causā suscepta nec non tabellas statisticas tractant. Sexta pars separata — appendix 32 paginarum — tabulas geographicas praebet civitatum totius mundi (Hungaria iam parte Transsilvaniae aucta invenitur). Compositor libri cum utilissimi tum iucundissimi revera optime meritus est de geographia, nam tam copiosum opus rarissime emi potest tam modico.



Solutions aenigmatum numeri III.

1. Mus, ubi, sic. — 2. Bis, ire, sex. — 3. Peto, enim, Tite, omen. — 4. Apor, pace, octo, reor. — 5. Gravis, Mutina, asinus, poësis, nectar, Charon: Guisan. — 6. Otium sine litteris mors est et hominis vivi sepultura. — 7. A, da, Ida, Aida. — 8. Basium, abavus, cubare, Thebae, Hecuba. —

9. Veni, vidi, vici: Errare humanum est. Si vis pacem, para bellum. Post nubila Phoebus. Aurora Musis amica. Sic itur ad astra. Inter arma silent Musae. Ab ovo usque ad mala. Nemo ante mortem beatus. Urbi et orbi. Similis simili gaudet. — Vespasianus. — 10. Byzantium. — 11. Cimber, imber.

Aenigmata recte dissolverunt 130 discipuli ex 34 scholis Hungariae, et duo discipuli Lucanenses (Helvetia).

Praemium sorte obvenit: Eugenio Vasváry (*Verböczenum*), Iosepho Häckl (*gymn. Archiep.*), Annae Králík (*Angelanum*), Ilsa Mosonyi (*Giselanum*), Catharinæ Wohl (*Veresianum*), Ladislao Arany (*Bolyayanum*), Elisabethae Deutsch (*Theresianum*), Nicolao Gerencsér (*Madáchianum*), Petro Konrád (*gymn. IPEA*), Iosepho Hanisch (*Benedictinum*), Arthurio Stern (*gymn. Hebr.*) *Budapestinenses*; Stephano Jung *Bajano*; Ludovic Kiss (*Sch. Piae*) et Clarae Dobó (*Dóczianum*) *Debrecinibus*; Iosepho Szó *Gyöngyösiensi*; Ioanni Benyhe *Hódmezővásárhelyensi*; Antonio Borbél *Colocensi*; Stephano Bösze *Ginsiensi*; Joanni Szendrei *Makonensi*; Friderico Kreiner *Magna-Canianno*; Augustino Tóth *Nyergesújfaluensi*; Zoltano Gaál *Papano*; Tiburtio Ghiczy *Quinquecclesiensi*; Francisco Váradi *Szegedinensi*; Georgio Illés *Szekszárdiensis*; Fratribus Volzen *Ungvariensibus*; Guilelmo Volonterio *Lucanensi*.

1. Quadratum magicum.

1. 2. 3. 4.

1			
2			
3			
4			

- O M M O 1. Urbs aeterna.
- A L O I 2. Adverbium tem-
- R I O C 3. Corusco. [porale.
- A M R M 4. Filius Veneris.

Clara Papp disc. Debrecinensis.

2. Pyramis.

1	Consonans.
2 1	Praepositio.
3 2 1	Fundamentum civitatis.
4 3 2 1	Arbor.
5 4 3 2 1	Lapis.

Lad. Almássy disc. Klauzaliani Szegedinensis.

3. Logographus.

Urbs aeterna secundum scriptores remanebo. Sed lege retro me et caelicolam accipies.

Steph. Ipkovich disc. Ginciensis (Kőszeg).

4. Aenigma arithmeticum.

- 7, 3, 9: Animal parvum, cibus felis.
- 10, 13, 2: Adverbium modi.
- 1, 6, 8, 4, 5, 13: Is, cui praemium sorte obvenit.
- 12, 13, 5, 15: Hoc facere propter bellum difficile est.
- 10, 14, 11, 8, 7: equis aliisque iumentis a Romanis imponebatur.
- 1—15: Initium cantus popularis discipulorum.

Emericus Pallagi disc. Makonensis.

5. Ex sententiis supplendis.

- est magistra vitae.
- non capitat muscas.
- te ipsum.
- sed vitae discimus.
- est regnorum fundamentum.
- repetita placent.
- et altera pars.
- in fabula.

Primae litterae harum sententiarum expletarum maximum imperatorem Carthaginiensium indicant.

Franciscus Váradi disc. Scholarum Piarum Bp.

6. Quadratum magicum.

1. 2. 3. 4. 5. 6.

1.						A A A A A A
2.						C C E E I I
3.						E E I I L L M M
4.						M O O O O R R M M
5.						R R R R R R M M
6.						M S S T T A A

1. Qui agros arat.
2. Sarmenta arida.
3. Hos amamus maxime praeter Deum et parentes.
4. Sileri.
5. Avis alba aquatilis pulcherrima (acc. sing.).
6. Idem significat ac sima.

Carolus Mikecz disc. Novopestinensis.

7. Ex syllabis.

Ar-ca-cus-E-Há-heng-i-Lo-ma-rin-Ro-ro-ry.
Syllabis recte compositis accipitur: 1. Drama musicum Richardi Wagner. 2. Nomen unius ex symphoniosis Beethovenianis. 3. Fabula musica Zoltani Kodály. 4. Pars circuli. 5. Urbs aeterna. — Quorū 5 vocabulorum litterae initiales nomen perclari auctoris musici Hungariae dant.

Lud. Lenkei disc. Bernhardini Agriensis.

8. Ad saltum equulei.

			A	in	tus;	xit	dam
	nl	cer	sic	En	tam	en	cer
ta		ni	re	mi	di	quon	sa
tur,	in	cer		ut	pi	cus	ter

us,

Cetio Olmero disc. Lucanensis (Helvetia).

9. Rebus.

Dies > dies > dies > dies > dies > dies > dies.
Qui aenigma recte solvit, accipit sententiam Horatii ex 3 vocabulibus constantem.

Ios. Kráhl disc. Bajanus.

10. Aenigma rotundum.




Si recte inveneris primam litteram, quaere circumiens sextam quamque litteram, dum accipias primum poëtam Romae antiquae, conditorem litterarum Latinarum.

Lad. Harsányi disc. Maurini — Pápa.

Nota. Lectoribus minimis: 1—4, mediis et maioribus 5—10. — Quisquis aenigmatum tot solvat, quantum potest. Etiam unum solum aenigma solventibus praemium petere licet. Discipuli eiusdem scholae solutiones a professore suo collectas in communi involucro epistulæ ad moderatorem J. Wagner, (Budapest, XI., Lágymányosi-uica 20) mittant.

Terminus solutionum: Calendae Martiae.



Corrigenda numeri IV (m. Dec.): pag. 29: pro «Recessus» lege: Recessus. — pag. 38: pro «exhibeatur» lege: exhibeantur. — pag. 39: pro: «Mat» (in aenigmate 5-0) lege: Nat. — pag. 40: pro «singultim» lege: singulatim.

Libri, ad moderatorem missi, quorum auctores sunt: M. Módi, M. Móra, B. Szabó, E. Trencsényi-Waldapfel, ordine recensemuntur. — Aenigmatum 44 accepimus, Fr. Kreiner 15, G. Tokaji 7, Z. Gaál 5, F. Merán, L. Balogh quaterna, R. Wimmer, J. Velle bina, Fr. Váradi, J. Erdei, Cl. Papp, L. Hársing, J. Misik singula aenigmata miserunt. — Carmina V. Fehér, V. Bors, G. Fehér, iocosa J. Somogyi, J. Erdei, L. Balogh, C. Molnár ad me miserunt; quo quis meliora opuscula misit, eo celerius pro angustia loci scripta sua edita videbit. — U. Villa. Nugas promissas exspecto. Spero lectores Luçanenses sese luce pictos in «Juventute videntes gavisuros esse. — Classis VII Angelani. Diligentiae vestrae haud mediocri laus debetur. Mox iterum accipietis materiam quam desideratis, convertendum. Sic itur ad astra. — M. A. B. Non sum Illustrissimus (méltóságos), neque Serenissimus (förméltóságú).